

interrogationem, quæ & de parentibus ut à pio filio, & cæteris ut à sapiëte ac naturam ipsam discutiente, processit, quid ille respōdit: Imò uero (inquit) hi uiuunt, qui corporæ uinculis tanq̃ è carcere euolauerunt. Vestra uero quæ dicitur esse uita, mors est. Si ad inferos meare mors est, & est uita esse cum superioris, facile discernis, q̃ mors animæ, q̃ uita credenda sit, si cōstitit qui locus habendus sit inferorū, ut anima dum ad hunc trudit̃, mori: cum ab hoc procul ē, uita frui, & uerè superesse credatur. Et quia totum tractatū, quem ueterū sapientia de inuestigatione huius quæstionis agitauit, in hac latentem uerborū paucitate reperies, ex om̃ibus aliqua, q̃bus nos de rei quam quærimus absolute sufficiet admoneri, amore breuitatis excerpsumus. Anteq̃ studium philosophiæ circa naturæ inq̃sitionem ad tm̃ uigoris adolesceret, q̃ per diuersas gētes autores in constituendis sacris ceremoniarū fuerunt, aliud esse inferos negauerunt, q̃ ipsa corpora, quibus inclusæ animæ, carcerē scœdum tenebris, horridū fordibus & cruore patiunt̃. Hoc animæ sepulchrū, hoc Ditis cōcaua, hoc inferos uocauerunt. Et om̃ia q̃ illic esse credidit fabulosa psuasio, in nobismetip̃is & in ipsis humanis corporibus assignare conati sunt. Obliuionis fluuiū, aliud non esse asserētes, q̃ errorē animæ obliuiscētis maiestatē uitæ prioris, qua anteq̃ in corpus truderet̃ potita est, solamq̃ esse in corpore uitā putantis. Pari interpretatione Phlegetontē, ardores irarū & cupiditatū putarunt. Acherontē, q̃cqd fecisse dixisse ue usq̃ ad tristitiā humanæ uarietatis more nos poenitet. Cocytū, quicqd hoīes in luctum lachrymasq̃ cōpellit. Stygem, q̃cquid inter se humanos animos in gurgite mergit odiorū. Ipsam quoq̃ poenarū descriptionē, de ipso usu cōuersationis humanæ sumptā crediderunt. Vulturē iecur immortale tondentē, nihil aliud intelligi uolētes, q̃ tormēta malæ cōsciæ obnoxia flagitio uiscera interiora rimātis, & ipsa uitalia indefessa admissi sceleris admonitione laniantis: semperq̃ curas, si requiescere fortē tentauerint, excitantis, tanq̃ fibris renascentibus inhærendo, nec ulla sibi miseratione parcētis, lege hac qua se iudice nemo nocens absoluit̃, nec de se suā potest uitare sententiam. Illos aut̃ epulis ante ora positis excruciarī fame, & inedia tabescere, q̃s magis magisq̃ acquirendi desiderium cogit præsentē copiam non uidere, & in affluentia inopes, egestatis mala in hubertate patiunt̃, nescientes parta respicere, dū egent habendis. Illos radijs rotarū pēdere districtos, qui nihil consilio p̃uidentes, nihil ratione moderantes, nihil uirtutibus explicātes, seq̃ & actus suos oēs fortunæ pmittentes, casibus & fortuitis semper rotant̃. Saxum ingens uoluere, inefficacibus laboriosisq̃ conatibus uitā terentes. Atrā silicē lapsurā semp̃, & cadenti similē, illorū capitibus imminere, qui arduas potestates & infauitā ambiūt tyrannidem, nunq̃ sine timore uicturi, & cogentes subiectum uulgus odisse, dū metuat, semper sibi uidentur exitium quod merētur, excipere. Nec frustra hoc theologi suspicati sunt. Nā et Dionysius aulae Siculae inclementissimus incubator, familiari q̃ndam suo solam beatā existimanti uitā tyranni, uolens q̃ perpetuo metu misera, q̃q̃ ipendentiu semper periculorū plena esset ostendere, gladium uagina raptū, & à capulo de filo tenui pendētem, mucrone demisso, iussit familiaris illius capiti inter epulas imminere. Cumq̃ ille & Siculas & tyrannicas copias p̃sentis mortis periculo asp̃naretur, talis est (inquit Dionysius) uita

Inferos quid esse putarint homines antiquissimi.

Flumina inferorum quid sibi uelint.

Poenæ inferorum quomodo accipiendæ.

Factum Dionysij Tyranni. egruū.